



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio  
fidei & doctrinæ Electorvm, Principvm Et Ordinvm Imperii,  
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam  
Confessionem amplectuntur**

**Lipsiæ, 1606**

De Poenitentia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35443**

guntur supputationes peccatorum. Et maxima pars consumitur in peccatis, contra traditiones humanas, quæ est vanissima. Hæc doctrina adegit multas pias mentes ad desperationem, quæ non potuerunt acquiescere, quia sentiebant, iure diuino necessariam esse enumerationem, & tamen experiebantur impossibilem esse. Sed hærent alia non minora vitia in doctrina aduersariorum de pœnitentia, quæ iam recensebimus.

## DE POENITENTIA.

**I**N articulo duodecimo probant primam partem, qua exponimus, Lapsis post Baptismum contingere posse remissionem peccatorum, quo cuncti tempore, & quotiescumque, conuertuntur. Secundam partem damnant, in qua pœnitentiæ partes dicimus esse contritionem & fidem. Negant fidem esse alteram partem pœnitentiæ. Quid hic, Carole, Cæsar Inuictissime, faciamus? Hæc est propria vox Euangelij, q[uod] fide consequatur remissionem peccatorum. Hanc vocem Euangelij damnant isti scriptores cōfutationis. Nos igitur nullo modo assentiri cōfutationi possimus. Nō possumus saluberrimam vocem Euangelij, & plenam cōsolationis damnare. Quid est aliud negare, quod fide consequatur remissionem peccatorum, quam contumelia affectare sanguinem & mortem Christi? Rogamus igitur te, Carole, Cæsar Inuictissime, ut nos de hac re maxima, quæ præcipuum Euangelij locum, quæ veram Christi cognitionem, quæ verum cultum Dei continet, patenter ac diligenter audias & cognoscas. Comperient enim omnes boni viri, nos in hac re præcipue docuisse vera, pia, salubria, & necessaria vniuersitatem Ecclesiæ Christi. Comperient ex scriptis nostrorum plurimum lucis accessisse Euangeliu[m], & multos pernicioſos errores emendatos esse, quibus antea obruta fuit doctrina de

pœnitentia, per Scholasticorum & Canonistarum  
piniones.

Ac priusquam accedimus ad defensionem nostra  
sententiæ, hoc præfundui est. Omnes boni viri,  
mnia ordinum ac Theologici ordinis etiam, ha-  
dubiè farentur, ante Lutheri scripta, confusissimam  
esse doctrinam pœnitentiæ. extant libri Sententiariorum,  
vbi sunt infinitæ quæstiones, quas nulli Theologi  
vnquam satis explicare potuerunt. Populus neq;  
summam complecti potuit, nec videre, quæ præcipu  
requirerentur in pœnitentia, vbi quærenda esset pa-  
conscientiæ. Prodeat nobis aliquis ex aduersarijs, q  
dicat, quando fiat remissio peccatorum. Bone Deus  
quantæ tenebræ sunt? Dubitant, vtrum in atti-  
tione, vel in conrritione fiat remissio peccatorum. Si  
sit propter contritionem, quid opus est Absolu-  
tione, quid agit potestas clauium, si peccatum iam  
remissum? Hic verò multò magis etiam sudant, &  
potestatem clauium impiè extenuant, alij somniam po-  
testate clauium non remitti culpam, sed mutan-  
nas æternas, in temporales. Ita saluberrima potest  
esset ministerium non vitæ, & spiritus, sed tantum  
& pœnarum. Alij videlicet cautores sanguis potest  
clauium remitti peccata, coram Ecclesia, non con-  
Deo. Hic quoq; petnicioſus error est. Nam si potest  
clauium non consolatur nos coram Deo, quæ res ta-  
dem reddet pacatam conscientiam? Iam illa sunt mi-  
gis etiam perplexa. Docent nos contritione mere-  
gratiā. Vbi si quis interroget, quare Saul, Iudas, &  
miles non consequantur gratiam, qui horribiliter co-  
triti sunt? Hic de fide, & de Euangeliō responden-  
rat, quod Iudas nō crediderit, nō exixerit se Euangeli-  
& pmissione Christi. Fides enim ostendit discrimen  
ter contritionē Iudæ & Petri. Verū aduersarij deles-  
respondent, quod Iudas nō dilexerit Deū, sed timuer-

pœnas. Quando autem territa conscientia, præsertim  
in serijs, veris, & illis magnis terroribus, qui descri-  
buntur in Psalmis ac Prophetis, & quos certè degustat  
isti, qui verè conuertuntur, iudicare poterit, Vtrū Deū  
propter se timeat, an fugiat æternas pœnas? Hi magni-  
motus literis & vocabulis discerni possunt, re ipsa non  
ita diuelluntur, ut isti suaves Sophistæ somniant. Hic  
appellamus iudicia omnium bonorum & sapientum  
virorum, Hi haud dubiè fatebuntur, has disputationes  
apud aduersarios perplexissimas & intricatissimas esse.  
Et tamen agitur de re maxima, de præcipuo Euangelij  
loco, de remissione peccatorum. Totā hæc doctrina  
de his quæstionibus, quas recensuimus, apud aduersa-  
rios plena est errorum & hypocrisis, & obscurat bene-  
ficium Christi, potestatem clauium, & iustitiam fidei.

Hæc fiunt in primo actu, Quid cùm ventum est ad  
Confessionem? Quantum ibi nego eij est in illa infini-  
ta enumeratione peccatorum, quæ tamen magna ex  
parte consumitur in traditionibus humanis? Et quòd  
magis crucientur bonæ mentes, fingunt hanc enumera-  
tionem esse Iuris diuini. Et cùm ipsam enumerationē  
exigat, p̄textu Iuris diuini, interim de absolutione, quæ  
verè est Iuris diuini, frigidè loquuntur. Fingunt ipsum  
sacramentum ex opere operato conferre gratiam sine  
bono motu vtentis, de fide apprehendente absolutio-  
nem, & consolante conscientiam, nulla fit mentio. Hoc  
verè est, quod dici solet, ἀπέραν τοῦ πυστειας.  
Restat tertius actus de satisfactionibus, Hic vero habet  
confusissimas disputationes. Fingunt æternas pœnas  
mutari in pœnas purgatorijs, Et harum partem remittit  
potestate clauium, partem docent redimendam esse  
satisfactionibus. Addunt amplius, quòd oporteat satis-  
factiones esse opera supererogationis, & hæc consti-  
tuunt in stultissimis obseruationibus, velut in peregrina-  
tionibus, Rosarijs, aut similibus obseruationibus.

quæ non habent mandata Dei, Deinde, sicut purgatorium satisfactionibus redimunt, Ita ex cogitata est ad redimendi satisfactiones, quæ fuit quæstuoſissima. Vendunt enim indulgentias, quas interpretantur esse remissiones satisfactionum. Et hic quæſtus non ſolum ex viuis, ſed multò amplior eſt ex mortuis. Neq; ſolum indulgentijs, ſed etiam sacrificio Missæ redimunt satisfactiones mortuorum, deniq; infinita res eſt, de satisfactionibus. Inter hæc scandalia, non enim poſſumus enumerare omnia, & doctrinas dæmoniorum, iuxta obrutâ doctrina de iuſtitia fidei in Christum, & de beſeficio Christi. Quare intelligunt omnes boni viri, ytiliter & piè reprehensam eſſe doctrinam Sophistarum & Canonistarum, de pœnitentia. Nam hæc dogmata apertè falſa ſunt, & non ſolū aliena à scripturis ſunt, ſed etiam ab Ecclesiasticis patribus:

- I. Quòd per bona opera extra gratiam facta, memur ex pacto diuino gratiam.
- II. Quòd per attritionem mereamur gratiam.
- III. Quòd ad deletionem peccati ſola deteſtatio minis ſufficiat.
- IV. Quòd propter contritionem, non fide in Christum, conſequamur remiſſionem peccatorum.
- V. Quòd poteftas clauium valeat ad remiſſionem peccatorum, non coram Deo, ſed coram Ecclesia,
- VI. Quòd potestate clauium non remittantur peccata coram Deo, ſed quòd ſit instituta poteftas clauium, vt mutet pœnas æternas in temporales, vt imponeat certas satisfactiones conſcientijs, vt instituat no uos cultus, & ad tales satisfactiones & cultus oblige conſcientias.
- VII. Quòd enumerațio delictorum in Confessione de qua precipiunt aduerſarij, ſit neceſſaria Iure diuino.
- VIII. Quòd Canonicæ satisfactiones, neceſſariz ſint ad pœnam purgatorij redimendā, aut proſint tanquam

com-

compensatio ad delendam culpam. Sic enim imperiti intelligunt.

IX. Quod susceptio sacramenti pœnitentia, ex opero operato, sine bono motu ventis, hoc est, sine fide in Christum, consequatur gratiam.

X. Quod potestate clauium per indulgentias liberantur animæ ex purgatorio.

XI. Quod in reservatione casuum, non solum pœna Canonica, sed etiam culpa reseruari debeat, in eo, qui verè conuertitur.

Nos igitur, ut explicaremus pias conscientias ex his labyrinthis Sophistarū, constituimus duas partes pœnitentia, videlicet contritionem, & fidem. Si quis volunt addere tertiam, videlicet, dignos fructus pœnitentia, hoc est, mutationem totius vitæ ac morum, in melius, non refragabimur. De contritione præcidimus illas ociosas & infinitas disputationes, quando ex dilectione Dei, quando ex timore pœnæ doleamus. Sed dicimus contritionem esse veros terrores conscientia, quæ Deum sentit irasci peccato, & dolet se peccasse. Et hæc contritio ita sit, quando verbo Dei arguntur peccata, quia hæc est summa prædicationis Euangelij, Arguere peccata, & offerre remissionem peccatorum, & iustitiam propter Christum, & Spiritum sanctum, & vitam æternam, & ut renati benefaciamus. Sic complectitur summam Euangelij Christus, cùm ait, Lucæ vltimo: Prædicari in nomine meo pœnitentiam & remissionem peccatorum inter omnes gentes. Et de his terroribus loquitur scriptura, ut Psalm. 38. Quoniā iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, Sicut onus graue, grauatæ sunt super me, &c. Afflictus sum & humiliatus sum nimis, Rugiebam à gemitu cordis mei. Et Psal. 6. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum, Sana me Domine, quoniam turbata sunt ossa mea, Et anima mea turbata est valde,

Et tu Domine vsq; quò? Et Esaiae 38. Ego dixi in dim  
dio dierum meorum, vadam ad portas inferi. Spera  
vsq; ad manè. Quasi leo sic contriuit omnia offa mea.  
In his terroribus sentit conscientia iram Dei aduersa  
peccatum, quæ est ignota securis hominibus secund  
carnem ambulantibus. Videt peccati turpitudinem  
serio dolet se peccasse, etiam fugit interim horribile  
iram Dei, quia non potest eam sustinere humana natu  
ra, nisi sustentetur verbo Dei. Ita Paulus ait: Per legem  
legi mortuus sum. Lex enim tantum accusat & tem  
conscientias. In his terroribus aduersarij nostri nih  
de fide dicunt, Ita tantum proponunt verbum; quo  
arguit peccata. Quod cum solum traditur, doctrina  
legis est, non Euangelij. His doloribus ac terroribus di  
cunt homines mereri gratiam, si tamen diligunt Dei.  
At quomodo diligent Deum homines in veris temor  
bus, cum sentiunt horibilem & inexplicabilem hum  
anæ voce iram Dei? Quid aliud nisi desperationem de  
cent, qui in his terroribus tantum ostendunt h  
gem?

Nos igitur addimus alteram partem penitentiæ  
de fide in Christum, quod in his terroribus debeant co  
scientijs proponi Euangelium de Christo, in quo pro  
mittitur gratis remissio peccatorum per Christum. De  
bent igitur credere, quod propter Christum gratis re  
mittantur ipsis peccata. Hæc fides erigit, sustentat &  
viuificat contritos, iuxta illud: Iustificati ex fide pe  
cem habemus. Hæc fides consequitur remissionis  
peccatorum. Hæc fides iustificat coram Deo, ut id  
locus testatur: Iustificati ex fide. Hæc fides ostendit  
discrimen inter contritionem Iudei & Petri, Sauli &  
Dauidis. Ideo Iudei aut Sauli contritio non prodest  
quia non accedit ad eam hæc fides apprehendens re  
missionem peccatorū donatam propter Christum. Id  
prodest Dauidis aut Petri contritio, quia ad eam fidei

accedit, apprehendens remissionem peccatorum donata propter Christum. Nec prius dilectio adest, quam sit facta fide reconciliatio. Lex enim non fit sine Christo, iuxta illud: Per Christum habemus accessum ad Deum. Et hæc fides paulatim crescit, & per omnem vitam luctatur: cum peccato, ut vincat peccatum & mortem. Cæterum fidem sequitur dilectio, ut supra diximus. Et sic clare definiri potest filialis timor, talis paucor, qui cum fide coniunctus est, hoc est, ubi fides confortatur & sustentat pauidum cor. Seruile timor, ubi fides non sustentat pauidum cor.

Porrò potestas clavium administrat & exhibit Euangelium per Absolutionem, quæ est vera vox Euangelij, Ita & absolutionem complectimur, cum de fide dicimus, quia fides est ex auditu, ut ait Paulus. Nam auditio Euangelio, audita absolutione, erigitur & concipit consolationem conscientiæ. Et quia Deus verè per verbum vivificat, claves verè coram Deo remittunt peccata, iuxta illud: Qui vos audit, me audit. Quare voci absoluenter, non secus ac voci de cœlo sonanti credendum est. Et absolutio propriè dici potest sacramentū pœnitentiae, ut etiam Scholastici Theologi eruditiores loquuntur. Interim hæc fides in temptationibus multipliciter alitur per Euangelij sententias, & per usum sacramentorum. Hæc enim sunt signa noui testamenti, hoc est, signa remissionis peccatorum. Offerunt igitur remissionem peccatorum, sicut clarè testantur verba Cœnæ Domini: Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur. Hic est calix noui testamenti, &c. Ita fides concipitur & confirmatur per absolutionem, per auditum Euangelij, per usum Sacramentorum, ne succumbat, dum luctatur cum terribilibus peccati & mortis.

Hæc ratio pœnitentia plana & perspicua est, & auget dignitatem potestatis clavium, & Sacramentorum, &

illustrat beneficium Christi, docet nos uti mediato-  
ac propitiatore Christo.

Sed quia confutatio damnat nos, quod has du-  
partes pœnitentiae posuerimus, ostendendum est, qui  
scriptura in pœnitentia, seu conuersione impij ponit  
has præcipuas partes. Christus enim inquit, Matth.  
Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati esis, ego  
reficiam vos. Hic duo membra sunt, labor & omni-  
significant contritionem, pauores & terrores peccati  
& mortis. Venire ad Christum, est credere, quod pro-  
pter Christum remittantur peccata, cum credimus  
viuificantur corda Spiritu sancto, per verbum Christi.  
Sunt igitur hic duas partes præcipue, contritio & fides.  
Et Marci primo Christus ait: Agite pœnitentiam,  
credite Euangelio. Vbi in priore particula arguit peccata,  
in posteriore consolatur nos, & ostendit remissio-  
nem peccatorum. Nam credere Euangelio, non est  
generalis fides, quam habent & diaboli, sed proprietas  
credere remissionem peccatorum propter Christum  
donatam. Hæc enim reuelatur in Euangelio. Videis  
hic duas partes coniungi, Contritionem, cum argun-  
tur peccata, Et fidem, cum dicitur, credite Euangelio.  
Si quis hic dicat, Christum complecti etiam fructum  
pœnitentiae, seu totam nouam vitam, non dissentimus.  
Nam hoc nobis sufficit, quod haec partes præ-  
cipue nominantur, contritio & fides.

Paulus ferè ubiq., cum describit conuersionem in  
renouationem, facit has duas partes, Mortificationem  
& Viuificationem, ut Col. 2. In quo circumcisisti estis cir-  
cumcisione non manu facta, videlicet expoliationem  
corporis peccatorum carnis. Et postea: in quo simu-  
resuscitati estis per fidem efficaciam Dei. Hic duas sunt  
partes, Altera est expoliationis corporis peccatorum.  
Alteram est resuscitatio per fidem. Neque hæc verba, mor-  
talia

uificatio, viuificatio, expoliatio corporis peccatorum, resuscitatio, Platonice intelligi debent, de simulata mutatione. Sed mortificatio significat veros terrores, quales sunt morientium, quos sustinere natura non posset, nisi erigeretur fide. Ita hinc expolationem corporis peccatorum vocat, quam nos dicimus visitationem contritionem, quia in illis doloribus concupiscentia naturalis expurgatur. Et viuificatio intelligi debet, non imaginatio Platonica, sed consolatio, quae vere sustentat fugientem vitam in contritione. Sunt ergo hinc duas partes, contritio & fides. Quia enim conscientia non potest reddi pacata, nisi fide, Ideo sola fides viuificat, iuxta hoc dictum: Iustus ex fide viuet.

Et deinde in Colossensibus inquit, Christum delere Chirographum, quod per legem aduersatur nobis. Hic quoque duas sunt partes, Chirographum, & deletio Chirographi. Est autem Chirographum conscientia arguens & condemnans nos. Porro lex est verbum, quod arguit & condemnat peccata. Haec igitur vox, quae dicit, Peccavi Domino, sicut David ait, est Chirographum. Et hanc vocem impij & securi homines non emitunt serio, Non enim vident, non legunt scriptam in corde sententiam legis. In veris doloribus ac terroribus cernitur haec sententia. Est igitur Chirographum ipsa contritio, condemnans nos. Delete Chirographum est tollere hanc sententiam, qua pronunciamus, fore ut damnemur, & sententiam insculpere, qua sentiamus nos liberatos esse ab illa condemnatione. Est autem fides, noua illa sententia, quae abolet priorem sententiam, & reddit pacem & vitam cordi.

Quanquam quid opus est multa citare testimonia, cum ubique obvia sint in scripturis? Psalmo 117. Castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me. Psalm. 118. Defecit anima mea pro angustia, Confirmata me verbo tuo. Vbi in priore membro contine-

tur contritio, in secundo modus clare describitur quomodo in contritione recreemur, scilicet venia Dei, quod offert gratiam. Id sustentat & viuificat corda. Et 1. Reg. 2. Dominus mortificat, & viuificat, inducit ad inferos, & reducit. Horum altero significatur contritio, altero significatur fides. Et Esaiae 28, Dominus irascetur, ut faciat opus suum. Alienum est opus eius, ut operetur opus suum. Alienum opus Dei vocum terret, quia Dei proprium opus est viuificare consolari. Verum ideo terret, inquit, ut sit locus consolationi & viuificationi, quia secura corda & non intentia iram Dei fastidiunt consolationem. Ad hunc modum solet scriptura haec duo coniungere, tenore & consolatione, ut doceat, haec praecipua membrana in pœnitentia, contritione, & fidem consolantem & iustificantem. Neque videmus, quomodo natura pœnitentia clarius & simplicius tradiri possit. Haec sunt duo praecipua opera Dei in hominibus, perentes facere, & iustificare ac viuificare perterrefactos. In hunc duo opera distributa est vniuersa scriptura. Altera pars lex est, quae ostendit, arguit & condemnat peccata. Altera pars Euangelium, hoc est, promissio gratiae in Christo donata, & haec promissio subinde repetitur in scriptura, primum tradita Adam, postea Patriarchis, inde a Prophetis illustrata. Postrem prædicata & exhibita a Christo inter Iudeos, & ab Apostolis spiritu totum mandatum. Nam fide huius promissionis sunt omnes iustificati sunt, non propter suas attritiones vel contritiones. Et exempla ostendunt similiter duas partes. Adam obiurgatur post peccatum, & perterritus. Haec fuit contritio. Postea promittit Di gratiam, dicit futurum semen, quod destruetur regnum diaboli, mors & peccatum, ibi offert remissionem peccati. Haec sunt praecipua. Nam etsi postea additur pena, tamen haec pena non meretur remissionem penae.

cati. Et de hoc genere pœnarum paulò post dicimus. Sic David obiurgatur a Nathan & perterrefactus inquit: Peccavi Domino. Ea est contritio. Postea audit absolutionem: Dominus sustulit peccatum tuum. Non morieris. Hæc vox erigit Davidem, & fide sustentat, iustificat, & viuiscitat eum. Additur & hic pœna, sed hæc pœna non meretur remissionem peccatorum, Nec semper adduntur peculiares pœnæ, sed hæc duo semper existere in pœnitentia oportet, contritionem & fidem, ut Lucæ 7. Mulier peccatrix venit ad Christum lachrymans. Per has lachrymas agnoscitur contritio. Postea audit absolutionem, Remittuntur tibi peccata. Fides tua saluam te fecit, vade in pace. Hæc est altera pars pœnitentiae, fides, quæ erigit & consolatur eam. Ex his omnibus apparet pijs lectoribus, nos eas partes pœnitentiae ponere, quæ propriæ sunt in conuersione, seu regeneratione & remissione peccati. Fructus digni & pœnæ sequuntur regenerationem & remissionem peccati. Ideoq; has duas partes posuimus, ut magis conspiciri possit, quam in pœnitentia requiri mus. Et magis intelligi potest, quid sit fides quam prædicat Euangelium, cum opponitur contritioni, ac mortificationi.

Sed quia aduersarij nominatim hoc damnant, quod dicimus homines fide consequi remissionem peccatorum, addemus paucas quasdam probationes, ex quibus intelligi poterit, remissionem peccatorum contingere, non ex opere operato propter contritionem, sed fide illa speciali, qua unusquisq; credit sibi remitti peccata. Nam hic articulus præcipuus est, de quo digladiamur cum aduersarijs, & cuius cognitione ducimus maximè necessariâ esse Christianis omnibus. Cum autem supra de iustificatione, de eadem re satis dictum videatur, hic breuiores erimus. Sunt enim loci maxime cognati, doctrina pœnitentiae, & doctrina iustificationis

Aduer-

Aduersarij cùm de fide loquuntur, & dicunt eā pcedere pœnitentiam, intelligunt fidem, non hanc, q*iustificat*, Sed quæ in genere credit Deum esse, p*propositas esse impijs, &c.* Nos præter illam fidem, q*uitimus, vt credat sibi quisq; remitti peccata.* De fide speciali litigamus, & opponimus eam opinionem, q*uæ iubet confidere non in promissione Christi, sed opere operato contritionis, confessionis & satisfacti*num, &c. Hæc fides ita sequitur terrores, vt vincatur & reddat pacatam conscientiam. Huic fidei tribuimus quòd iustificet, & regeneret, dum ex terroribus libet & pacem, gaudium, & nouam vitam in corde parat. Hanc fidem defendimus verè esse necessariam admissionem peccatorum, Ideo ponimus inter partes pœnitentiæ. Nec aliud sentit Ecclesia Christi, etiam aduersarij nostri reclamant.

Principiò autem interrogamus aduersarios, Vt abolutionē accipere, pars sit pœnitentiæ, nec ne? q*uæ à confessione separant, vt sunt subtiles in distinguendo, non videmus, quid profit confessio sine abolutione.* Siq; autem non separant à confessione acceptio abolutionis, necesse est, eos sentire, quòd fides sit pars pœnitentiæ, quia abolutio non accipitur nisi sit. Quòd autem abolutio nō accipiatur nisi fide, ex Paulo probari potest, qui docet Rom. 4. quòd promissio non possit accipi, nisi fide. Abolutio autem est promissio remissionis peccatorū. Igitur necessario requirit fidem. Nec videmus, quomodo dicatur is accipit absolutionem, qui non assentitur ei. Er quid aliud non assentiri absolutioni, quam Deum acusare mendacij, si cor dubitet, sentit incerta & inania esse, q*promittit Deus.* Ideo 1. Iohann. 5. scriptum est: non credit Deo, mendacem facit eum, quia non citat testimonium, quod testificatus est Dens de Filio.

Sece

Secundò fateri aduersarios existimamus, remissio-  
nem peccatorum pœnitentia, seu partem, seu finem,  
seu; ut iplorum more loquamur, terminum esse ad quē.  
Ergo id, quo accipitur remissio peccatorum, rectè ad-  
ditur partibus pœnitentia. Certissimum est autem, et  
iam si omnes portæ inferorum reclament, remissionem  
peccatorum non posse accipi, nisi sola fide, quæ credit  
peccata remitti propter Christum, iuxta illud Rom. 3.  
Quem proposuit Deus propiciatorem per fidē, in san-  
guine ipsius. Item Rō. 5. Per quem accessum habemus  
per fidem in gratiam, &c. Nam conscientia territa non  
potest opponere ira D E I opera nostra, aut dilectio-  
nem nostram, sed ita demū sit pacata, cùm apprehen-  
dit mediatorem Christum, & credit promissionibus  
propter illum donatis. Non enim intelligent, quid sit  
remissio peccatorum, aut quomodo nobis contingat,  
qui somniant, corda pacata fieri, sine fide in Christum.  
Petrus citat ex Esaia: Qui crediderit in eum, non con-  
fundetur. Necesse est igitur confundi hypocritas, con-  
fidentes se accipere remissionem peccatorum propter  
sua opéra, non propter Christum. Et Petrus ait in  
Actis cap. 10. Huic omnes Prophetæ testimonium  
perhibent, remissionem peccatorum accipere per no-  
men eius, omnes qui credunt in eum. Non potuit dici  
magis dilucidè, quam quod ait, per nomen eius. Et  
addit, omnes qui credunt in eum. Tantùm igitur it-  
accipimus remissionē peccatorum, per nomen Chri-  
sti, hoc est, propter Christum, non propter vlla nostra  
merita atq; opera. Et hoc ita fit, cùm credimus nobis  
remitti peccata propter Christum. Aduersarij nostri  
vociferantur se esse Ecclesiam, se consensum Ecclesiæ  
sequi. At Petrus h̄c in nostra causa etiam allegat con-  
sensum Ecclesiæ, huic, inquit, omnes Prophetæ perhi-  
bent testimonium, remissionem peccatorum accipere  
per nomen eius, &c. Profectò consensus Prophetarum

iudicant-

Judicandus est vniuersalis Ecclesiæ consensus esse. Ne  
Papæ, nec Ecclesiæ concedimus potestatem decen-  
di contra hunc consensum Prophetarū. At Bulla Le-  
nis apertè damnat hunc articulum de remissione pe-  
catorū, damnant & aduersarij in confutatione. Quia  
re appareat, qualis sit Ecclesia iudicanda istorum, q  
non solum decretis improbant hanc sententiam, q  
remissionem peccatorum consequamur fide, non pri-  
pter opera nostra, sed propter Christum, sed etiam  
bent eam vi ac ferro abolere. Iubent omni genere ex-  
delitatis perdere viros bonos, qui sic sentiunt. Sed hu-  
bent magni nominis autores, Scotum, Gabrielem &  
miles, dicta Patrum, quæ in Decretis truncata citau-  
Certe si numeranda sunt testimonia, vincunt. Est en-  
maxima turba nugacissimorum scriptorum in senten-  
tias, qui tanquam coniurati defendunt illa figura  
de merito attritionis & operum, & cætera, quæ sup  
recitauimus. Sed ne quis multitudine moueat, ne  
magna autoritas est in testimonij posteriorum, qui  
genuerunt sua scripta, sed tantum compilatis super-  
ribus, transfuderunt illas opiniones ex alijs libris  
alijs. Nihil iudicij adhibuerunt, sed vt pedanei sena-  
res taciti comprobauerunt superiorum errores ne  
intellectos. Nos igitur hanc Petri vocem non dubia-  
mus opponere quamlibet multis legionibus Sen-  
tiariorum, quæ allegat consensum Prophetarum, q  
accedit testimonium Spiritus sancti ad hanc con-  
censem Petri. Sic enim ait textus: Adhuc loquente  
tro verba hæc, Cecidit Spiritus sanctus super omnes  
qui audiebant verbum. Sciant igitur piæ conscientie  
hoc esse mandatum Dei, vt credant sibi gratis igno-  
propter Christum, non propter opera nostra. Et hunc  
mandato Dei sustentent se aduersus desperationem  
aduersus terrores peccati & mortis. Et hanc lente-  
sciant à principio mundi in Ecclesia extitisse apud la-

etos. Petrus enim clarè allegat consensum Prophetarum, & Apostolorum scripta testantur eos idem sentire. Nec deflunt Patrum testimonia. Nam Bernardus idem dicit verbis minimè obscuris? Necesse est enim primò omnium credere, quòd remissionem peccatorū habere non possis, nisi per indulgentiam Dei, sed adde adhuc, ut credas & hoc, quòd per ipsum peccata tibi donantur, Hoc est testimonium, quod prohibet Spiritus S. in corde tuo dicens: Dimissa sunt tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apostolus, gratis iustificari hominem per fidem. Hæc Bernardi verba mirifice illustrant causam nostram, quia non solum requirit, ut in genere credamus peccata remitti per misericordiam, Sed iubet addere specialem fidem, qua credamus & nobis ipsis remitti peccata. Et docet, quomodo certi reddamur de remissione peccatorum, videlicet cùm fide corda eriguntur, & fiunt tranquilla per Spiritum S. Quid requirunt amplius aduersarij? Num adhuc audent negare fide nos consequi remissionem peccatorum? aut fidem partem esse pœnitentiae?

Tertio, Aduersarij dicunt, peccatum ita remitti, quia attritus seu contritus elicit actum dilectionis Dei, per hunc actum meretur accipere remissionem peccatorum. Hoc nihil est, nisi legē docere, deleto Euangelio, & abolita promissione de Christo. Tantum enim requirunt legem & nostra opera, quia lex exigit dilectionē. Præterea docent confidere, quòd remissionem peccatorum consequamur propter contritionē & dilectionem. Hoc quid est aliud, nisi collocare fiduciam in nostra opera, non in verbū & promissione Dei de Christo? Quòd si lex satis est ad consequendam remissionem peccatorum, quid opus est Euangelio? quid opus est Christo, si propter nostrū opus consequimur remissionem peccatorum? Nos contra à lege ad Euangeliū reuocamus conscientias, & à fiducia proprio-

rum operum, ad fiduciam promissionis & Christi, quod Euangeliū exhibet nobis Christū, & promittit gratias remissionem peccatorum propter Christum. Hā promissione iubet nos confidere, quod propter Christū reconciliemur Patri, non propter nostram conditionem aut dilectionem. Non enim aliis est medianus aut propiciator, nisi Christus. Nec legem facere possumus, nisi prius per Christum reconciliati simus. Et quid facheremus, tamen sentiendum est, quod non propter illa opera, sed propter Christum mediatorem propiciatorem conlequimur remissionem peccatorum. Imò contumelia Christi, & Euāgelii abrogatio est, sed tire, quod remissionem peccatorum propter legem aliter consequamur, quam fide in Christum. Et hā rationem suprà tractauimus de iustificatione, cùm ximus: quare profiteamur homines fide iustificans, dilectione. Itaq; doctrina aduersariorum, cùm docet homines contritione & dilectione sua consequi remissionem peccatorum, & confidere hac contritione dilectione, tantum est doctrina legis & quidem non intellectæ, sicut Iudæi in velata Moyſi faciem intuebatur. Fingamus enim adesse dilectionem, fingamus adesse opera, tamen neque dilectio, neque opera possunt ei propiciatio pro peccato. Ac ne possunt quidem opponi iræ & iudicio Dei, iuxta illud: Non intrabis in dicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in aspectu tuo omnis viuens. Nec debet honos Christi transferri in nostra opera,

Propter has causas contendit Paulus, quod non iustificemur ex lege, & opponit legi promissionē remissionis peccatorum, quae propter Christum dona ac docet nos gratis propter Christum fide accipere remissionem peccatorum. Ad hanc promissionē recitat nos Paulus à lege. In hanc promissionē iubetur, quae certè irrita erit, Si prius lege iustificari

qui

quam per promissionē, aut si propter nostrā iustitiam, consequimur remissionem peccatorum. At constat, quod idēo nobis data est promissio, idēo exhibitus est Christus, quia legem non possumus facere. Quare necesse est, prius nos promissione reconciliari, quam legem facimus. Promissio autem tantūm fide accipitur. Igitur necesse est; contritos apprehendere fide promissionem remissionis peccatorum donatæ propter Christum, ac statuere, quod gratis propter Christum habeant placatum Patrem. Hæc est sententia Pauli ad Rom. 4. vbi inquit: Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio. Et ad Galatas 3. Conclusit scriptura omnia sub peccatum, ut promissio ex fide Iesu Christi detur credentibus. Id est, omnes sunt sub peccato, nec possunt aliter liberari, nisi fide apprehendant promissionem remissionis peccatorum. Prius igitur oportet nos fide accipere remissionem peccatorum, quam legem facimus, et si, ut supra dictum est, fidem dilectionis sequitur, quia renati Spiritu sanctū accipiunt, idēo legem facere incipiunt. Citaremus plura testimonia, nisi obvia essent curilibet pio lectori in scripturis. Et nos non nimis prolixī esse cupimus, ut faciūs hæc causa perspici possit. Neque verò dubium est, quin hæc sit sententia Pauli, quam defendimus, quod fide accipiamus remissionem peccatorum propter Christum, quod fide mediatorem Christum oppone debeamus ira Dei, non opera nostra. Nec perturbentur piæ mentes, etiamsi Pauli sententias calumniarentur aduersarij. Nihil tam simpliciter dicitur, quod non queat deprauari cauillando. Nos scimus, hanc, quam diximus, veram & germanam sententiam Pauli esse, scimus hanc nostram sententiam pijs conscientijs firmam consolationem afferre, sine qua nemo confestere in iudicio Dei queat. Itaque repudientur illæ Pharisaicæ opiniones aduersariorū, quod non accipiamus

fide remissionem peccatorum, sed quod oporteat mereri dilectione nostra & operibus, quod dilectionem nostram & opera nostra irae Dei opponere debeamus. Hæc doctrina legis est, non Euangelii, quæ singit prius hominem lege iustificari, quam per Christum reconciliatus sit Deo, cum Christus dicat: Sine me nihil potestis facere. Item: Ego sum vitis vera, vos palmites. Verum aduersarii fingunt, nos esse palmites, non Christi, sed Moysi. Prius enim voluit lege iustificari, dilectionem nostram & opera offerre Deo, quam reconciliatur Deo per Christum, quam sint palmites Christi. Paulus contra contendit, legem non posse fieri sine Christo. Ideo promissio prius accipienda est, ut fide reconciliemur Deo propter Christum, quam legem facimus. Hæc satis perspicua esse piis conscientiis existimamus. Et hinc intelligent, Cur supra professi simus iustificati homines fide, non dilectione, quia oportet nos opponere iram Dei, non nostram dilectionem, aut opera, ut confidere nostra dilectione ac operibus, sed Christum mediatorem. Et prius oportet apprehendere promissionem remissionis peccatorum, quam legem facimus.

Postremo, quando erit paecata conscientia, Si id accipimus remissionem peccatorum, quia nos diligimus, aut legem facimus? Semper enim accusabit nos lex, quia nunquam legi Dei satisfacimus. Sieut inquit Paulus: Lex iram operatur. Chrysostomus querit pœnitentia, unde certi reddamur, peccata nobis immissa esse. Quærunt & in sententijs eadem de re aduersarii. Hoc non potest explicari, non possunt conscientiæ reddi tranquillæ, nisi sciant mandatum Dei et ipsum Euangelium, ut certò statuant propter Christi gratias remitti peccata, nec dubitet sibi remitti. Si quid dubitat, is, ut Johannes ait, accusat promissionem dumnam mendacii. Hanc certitudinem fidei nos docemus.

requiri in Euangelio. Aduersarij relinquunt conscientias incertas & ambigentes. Nihil autem agunt conscientiae ex fide, cum perpetuo dubitant, utrum habeant remissionem. Quomodo possunt in hac dubitatione invocare Deum? quomodo possunt statuere, quod exaudiantur? Ita tota vita est sine Deo, & sine vero cultu Dei. Hoc est, quod Paulus inquit, peccatum esse, quicquid non fit ex fide. Et quia in hac dubitatione perpetuo versantur, nunquam experiuntur, quid sit fides. Ita fit, ut ad extremum ruant in desperationem. Talis est doctrina aduersariorum, doctrina legis, abrogatio Euangelij, doctrina desperationis. Nunc libenter omnibus bonis viis permittimus iudicium de hoc loco pœnitentiaz, nihil enim habet obicuri, ut pronuncient, utri magis pia & salubria conscientijs, docuerint nos, an aduersarij. Profecto non delectant nos haec dissensiones in Ecclesia, quare nisi magnas & necessarias causas haberemus dissentendi ab aduersarijs, summa voluntate taceremus. Nunc cum ipsi manifestam veritatem damnent, non est integrum nobis, deserere eam non nostram, sed Christi & Ecclesiaz.

Diximus, quas ob causas posuerimus has duas partes pœnitentiaz, contritionem & fidem. Idq; hoc fecimus libenter, quia circumferuntur multa dicta de pœnitentia, quae truncata citantur ex Patribus, quae ad obsecrandam fidem detorserunt aduersarij. Talia sunt, pœnitentia est mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. Item, Pœnitentia est quædam dolentis vindicta, puniens in se, quod dolet se commisse. In his dictis nulla fit mentio fidei. Ac ne in Iohannis quidem, cum interpretatur, aliquid de fide additur. Quare nos eam, ut magis cōspici doctrina fidei possit, alter partes pœnitentiaz numeravimus. Nam illa dicta, quæ contritionem aut bona opera requirunt, & nullam fidei iustificantis mentionem faciunt, periculosa

esse, res ipsa ostendit. Et meritò desiderari prudentia  
istis potest, qui centones illos sententiarum & decre-  
torum congregaverunt. Nam cùm Patres alías de al-  
parte pœnitentiæ loquantur, non tantum de una pa-  
te, sed de vtrah; hoc est, de contritione & fide, exerce-  
re & coniungere sententias profuisset. Nam Tertullianus  
egregie de fide loquitur, amplificans iuslurandum  
illud apud Prophetam: Viuo ego, dicit Dominus, nolle  
mortem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat. Qui  
enim iurat Deus, nolle se mortem peccatoris, ostendit  
requiri fidem, ut iuranti credamus, & certò statuamus  
eum nobis ignoscere. Magna debet esse autoritas  
pud nos promissionum diuinarum per se. At haec  
promissio etiam iureiurando confirmata est. Quare  
si quis non statuit sibi ignosci, is negat Deum verum  
iurasse, qua blasphemia atrocior nulla excogitari pos-  
t est. Sic enim ait Tertullianus: Inuitat præmio salo-  
tem, iurans etiam, Viuo dicens, cupit sibi credi. O  
beatos, quorum causa iurat Deus. O miserrimos, sine  
iuranti Domino creditus. Atque hic sciendum est  
quod hæc fides beat sentire, quod gratis nobis  
ignoscat Deus propter Christum, propter suam pro-  
missionem, non propter nostra opera, contritionem,  
confessionem, aut satisfactiones. Nam si fides miratur  
his operibus, statim sit incerta, quia conscientia pau-  
da videt hæc opera indigna esse. Ideo præclarè ait Ambro-  
sius de pœnitentia: Ergo & agendum pœnitentiam  
& tribuendam veniam credere nos conuenit, ut veniam  
tamen tanquam ex fide speremus, tanquam ex syngra-  
phæ fides impetrat. Item, fides est, quæ peccata nostra  
cooperit. Extant itaq; sententiae apud Patres, non so-  
lum de contritione & operibus, sed etiam de fide. Ve-  
rum aduersarij, cùm neq; naturam pœnitentiæ intelli-  
gant, neq; sermonem Patrum, excerptum dicta de parti  
pœnitentiæ, videlicet de operibus, Alibi dicta de fide  
cùm non intelligant, prætereunt.